

QUADRIGÆ

VIORUM CLARISSIMORUM
DOCTISSIMORUMQUE

DN. JOHANN CHRISTIAN
SALICHO,
MELSA-MISN.

DN. JOHANN GOTTLIEB
JOECHERO,
LIPS.

DN. GOTTLÖB AUGUST
HEMPELIO,
PISSENA MARTISB.

DN. JOHANN HENRICH
FISCHERO,
GERA VARISCO,
PHILOSOPHÆ BACCALAUREIS
AMICIS SUIS ÆSTUMATISSIMIS
SUMMOS

IN PHILOSOPHIA HONORES
NOMINE COLLEGII DISPUTATORII, QUOD OLIM
SUB PRÆSIDIO

VIRI EXCELLENTISSIMI atque AMPLISSIMI

DN. JO. GOTTLIEB HARDTHI,
LOGICES & METAPH. PROF. PUBL.
PRÆCEPTORIS, CUM VIVERET FIDELISSIMI,
POST EJUS AUTEM FATA
PRÆSIDE

VIRO PLURIMUM REVERENDO

atque AMPLISSIMO,

DOMINO PHILIPPO OLEARIO,
LAT. ET GRÆC. LIT. P.P.
FELICITER CONTINUATUR

GRATULARI VOLUIT DEBUITQUE

JO. FRIEDLIEB STUBELIUS. SS. Th. Stud.

LIPSIAE, Literis IMMNAE LIS TITIL.



VIRI CLARISSIMI, NOBILISSIMI, DOCTISSIMI, FAUTORES atque AMICI ÆSTUMATISSIMI.



Um Vestris honoribus omnia ferè jam
præla fūdent, & piis acclamantium fati-
gentur votis, nos solos calamis linguisque
capistratis quasi, filere velle, proximum
injuriæ foret facinus. Aliud potius
debetur nostræ amicitiæ, vestrisque Titulis: id scili-
cet, quod consuetudo recepta, legesque nostri Ordini-
nis, tempore horum Solennium à nobis exigunt. Ego-
que imprimis, qui reliquorum defungor, apud Vos par-
tibus, & vestrā me amandi amplectendique maximā
&

& pertinacissimâ constantiâ mirum quantum dele-
tor, eò avidius arripiò præsentissimam hanc, publicè
vobis congratulandi applaudendiq; ansam, quo impati-
entiori moræ desiderio haçtenus præstolatus sum ean-
dem, non diutius intercipiendam. Et nullus è nostris ho-
minibus est, qui id suscipient non annuat, omnique jure
capitibus vestris impressos Magistrorum Galeros, læte-
tur. Fuimus huc usque indefessæ diligentiae ve-
strae quotidiani testes: quidni etiam præmiorum,
quæ vos nunc post sudores ornant, simus æquisimi
spectatores? Admirati sumus varias ingeniorum opes
& raram eruditionis, quâ polletis copiam, cur glo-
riam & laudes his proprias Vobis quælo invideamus?
Vidimus non parcam honorum facientes fementem,
cur uberes eorundem proventus & opimam messem
lævis intueamur oculis? Quis vos arceat à gloria fa-
no, quos ipsa virtus exemit terræ filiis & tot specimi-
na, quæ jam extant, dudum in censum illum transcri-
pserunt, in quem hodie cooptamini? Quam dulce fuit,
ut reliqua taceam, vel publicè, vel intra privatos et-
iam parietes videre. Vos pro aris & focis Veritatis, cui
deæ paucissimi eheu supplicant, strenua bella gerentes,
in quibus acie ingenii, non ferri decernitur, & pugnam
vobiscum ingredi, sed qualis es se solet amicorum dis-
sentientium! Ibi opiniones, quarum errore duci vul-
gus solet, callidè elidere, ibi præjudicia, scopulos tot
summorum Virorum naufragiis infames, dejicere, ibi
cuniculos cuniculis, rationes rationibus opponere,
penſi fuit. Alteri placuit Lycéi causis patrocinari;
alteri Sceptrum Aristoteli eripere: Huic Stoico super-
cilio intumescere, illi rugas explanare: Alii cum De-
mocriticis tripudiare Atomis: rursum alii disipare eas-
dem allubuit: Quibusdam Cartesianis vorticibus cir-
cumagi: nonnullis simplicius philosophari: nulli ve-
ro cujuspam autoritate fascinari. Sic protraxisti
veritatem è puto, cum ali vel edentulæ anus somnia

pro

pro oraculis venerentur, quæ si minatur cometa, si sol
patitur deliquium, aut Luna obscuratur, extrema mundo
instare queritur: sic justâ trutinâ examinaftis,
quæ aliis iniquâ lance appenduntur & probantur, sine
examine, cum Magister instat: vœ Tibi, si quicquam
contra mifitaveris, clamitans: sic monstra edomâ-
ftis, quibus vix Hercules suffecerit: sic morbos pe-
puliftis, vix ullo Helleboro curabiles: & sic ad lau-
dem exsurrexitis, quam in excelfo positam alii æmu-
labuntur & anhelabunt, affequentur paucissimi: Nil
mutilum hic, aut mancum, absolute omnia & perfe-
cta. Nunc alacri & in offenso pede ad claritatem con-
tenditis: nunc juga ferè tenetis: nunc Vobis cathe-
dræ patent & munia. Jam Tuus Te, SALICHI,
WEIDLINGIUS: Tuis, Te, JOECHERE, HOF-
MANNUS atq; GOLDNERUS: Idemq; Te, FI-
SCHERE, Teque Tuæ juventæ formatores, HEMPE-
LI, quos sculpferunt, nostri Doctores verò quos ex-
poliverunt perfeceruntque, orbi ostentant Mercurios.
Jam vident Optimi Parentes, quos generaverint Filios
& sustentaverint: Jam Republica Spes suas pene
consummatas, lætatur & jubilat. Qui igitur fiat, Ami-
ci, ut temperemus nobis, quin plausus cumulemus
plausibus & vobis istam sortem impense gratulemur?
Nobis omnibus pulchrum est, è nostro hoc cœtu, tan-
quam equo Trojano, prodire tot Heroas, seculum ali-
quando mirificè illustraturos, atque in partem vestri
honoris venire gestimus, qui studiorum vestrorum
comites fuimus atque socii, nil magis in votis haben-
tes, quam ut vobis brevi de novis dignitatum accessi-
onibus gratandi detur nobis amplissima materies. Sic
valete ergo, Deo, Musis, mihi, nobis, bonisque omni-
bus dilecta pectora, & sublevati tot bene ominantium
votis, recto tramite ad certam gloriæ possessionem, &
studiorum metam contendite. Lipsiae V. Iduum
Febr. Ao. clo Iccc XIV.

78 M 496



TA-DO

K018

b7



QUADRIGÆ
 VIRO RUM CLARISSIMORUM
 DOCTISSIMORUMQUE
 DN. JOHANN CHRISTIAN
 SALICHO,
 MELSA-MISN.
 DN. JOHANN GOTTLIEB
 JOECHERO,
 L I P S.
 DN. GOTTLÖB AUGUST
 HEMPELLO,
 PIS
 DN. JO NRICH

G	PHILOS	AUREIS
AMIC		SIMIS
IN PHIL		ONORES
NOMINE CO		UOD OLIM
VIRI EXCE		MPLISSIMI
DN. JO. G		ARDTII,
LOG		IBL.
PRÆCEPTC		TIDELISSIMI,
P		A

VIRO P		ENDO
DOMINO		OLEARIO ,

F		QUE
GRA		SS. Th. Stud.
JO. FRIED		ITIL.
LIP		

